

Band XI., Nr. N5554, Seite 450-452

*Der Kardinallegat Thietwin bestätigt die Stiftung des Klosters
Ochsenhausen.*

Ohne Ortsangabe, Zwischen 1135 und 1141.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter Hawinus et Adelbertus et Chūnradus per manum ducis Welfonis locum qui vulgariter dictus est Ochsenhusen ad monasterium Sancti Blasii, quod est in Nigra Silva, in proprietatem tradiderunt, qui locus situs est in pago Ramechowe in comitatu Bozze^a. Traditus est autem idem locus a predictis viris ad predictum monasterium in presentia domni Utonis abbatis et Adelgozi tunc advocati de Sancto Blasio coram multis testibus cum omnibus appendiciis suis, id est utriusque sexus mancipiis areis edificiis exitibus et redditibus agris acquisitis et acquirendis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus molendinis piscationibus silvis et cum omnigena utilitate, que ullo modo inde provenire vel excogitari potest, absque omni contradictione cum perenni proprietate. Sed ego Uto indignus abbas de Sancto Blasio fraterna compassione admonitus et future utilitati providens ad eundem locum fratres nostros direximus^b ad instituendum dei servitium, monasterium in eodem loco fieri fecimus^c, ut semper ibi sit divinum servitium sub abbate de Sancto Blasio secundum ordinem nostrum, quem de Fructuaria habemus, et idem locus cum omnibus ad illum pertinentibus monasterio Sancti Blasii semper in omnibus obediat et subiaceat, sicut et Fructuariensi cenobio quelibet sue celle obediunt et subiacent. Hoc tamen notum sit omnibus ecclesie filiis, quo tenore ego Uto humilis abbas congregationis sancti Blasii cum consilio archiepiscopi Salzburgensis Tiemonis^d et episcopi Constantiensis Gebehardi et vicedomni Heinrichi^e et aliorum religiosorum fratrum petitione eundem locum in divino servitio semper inviolabilem perseverare ad laudem omnipotentis dei decrevi. Primum ut nulli abbatum sive potentum de rebus ad Ochsenhusen pertinentibus aliquid inde abalienare vel subtrahere liceat in beneficia. Secundo ut alius nullo modo ibi sit prior, nisi quem abbas de Sancto Blasio preesse voluerit. Tertio ut nullus ibi advocatus sit, nisi quem predictus abbas constituerit. Ille autem advocatus tamdiu in illa advocacione

^aKarlsruher Kopialbuch: *Hartmanni Bozze*.

^bKarlsruher Kopialbuch: *direxi*.

^cKarlsruher Kopialbuch: *feci*.

^dKarlsruher Kopialbuch: *Temonis*.

^eKarlsruher Kopialbuch: *Henrici*.

II

sit, quamdiu abt as eum utilem iudicaverit^f. Alius autem minor, qui vulgo subadvocatus dicitur, nullus ibi habeatur. Prior autem de his qui ad conversionem venire volunt, sive ille sit monachus sive clericus vel laicus, nullum admittat in consortium fratrum, nisi cum voluntate et concessione abbatis de Sancto Blasio. Omnia maiora negotia in mutandis locis in transferendis eiusdem loci beneficiis et cetera huiusmodi pendeant in arbitrio abbatis de Sancto Blasio. Insuper constituimus, ut deinceps in monasterio sancti Blasii semel in anno memoria agatur omnium illorum cum officio pro defunctis, qui predictum locum tradiderunt ad idem monasterium, et prior de Ochsenhusen ipsa die presens^g sit et faciat caritatem fratribus secundum quod illi abbas constituerit.
 Anno ab incarnatione domini MC. scripta est hec carta confirmationis, II. kalendas Januarii, ex petitione domni Utonis abbatis de Sancto Blasio, hoc confirmante et in Christo roborante archiepiscopo Salzburgensi et episcopo Constantiensi, ut predictus locus, id est Ochsenhusen, deinceps in servitio dei sub potestate monasterii Sancti Blasii sicut predictum est perpetuo iure permaneat. Isti sunt testes huius traditionis: Hartmannus comes de^h Geroshusen, Manegoldus comes et filius eius Wolferadusⁱ de Jsinun et de Alshusen^j, Hartmannus comes et frater eius Otto de Chilchberg¹, Lütfridus^k et Manegoldus de Billenhusen, Henricus^l de Baldesheim², Regenhardus de Ursinun³, Ocoz et Reinboto^m de Heigernbüchⁿ⁴, Adelgoz de Luzelenburg⁵, Ripertus et Woltregel de Löbon^o, Hatto de Ochsenhusen, Hartnit de Steinisriet^{p6}. Hanc igitur conscriptionem ego Thietwinus^q dei gra-

^fIn der Vorlage ist *ad* vor *iudicaverit* ausradiert.

^gVorlage: korrigiert aus *present*.

^hFehlt im Karlsruher Kopialbuch.

ⁱIm Karlsruher Kopialbuch ist vor *Wolferadus* das *de* gestrichen. Dieses *de* hat auch der Abdruck bei Hirsch.

^jKarlsruher Kopialbuch: *Isinim – Aschusen*.

^kKarlsruher Kopialbuch: *Lutfridus*.

^lKarlsruher Kopialbuch: *Henricus*.

^mKarlsruher Kopialbuch: *Regenbotto*.

ⁿKarlsruher Kopialbuch: *Heigernbuoch*, korrigiert aus *Heigembuoch*.

^oKarlsruher Kopialbuch: *Loobon*.

^pKarlsruher Kopialbuch: *Hartuit de Stevensriet*.

^qIn der Vorlage ist ursprüngliches *Theodeuwinus* gestrichen und von derselben Hand und Tinte *Thietwinus* übergeschrieben.

¹Oberkirchberg, Illerkirchberg, UL.

²Ober- bzw. Unterbalzheim, Balzheim, UL.

³Irsee, OAL.

⁴Hagenbuch, Biberach an der Riß, BC, oder Haigerloch, Haigerloch, BL.

⁵*Luzelenburg*, auch als *Luzelunburg* vorkommend, unermittelt, aber vielleicht auch ein abgegangenes Lüzelburg bei Kempten.

⁶Stephansried, Ottobeuren, MN.

III

tia sancte Rufine cardinalis episcopus^r et ecclesie Romane legatus petitione domni Berchtoldi Sancti Blasii venerandi abbatis confirmavi et, ut inviolata perseveret, sigilli nostri impressione insigniri iudicavi.

—

Dem Textabdruck liegt das Kopialbuch des Klosters St. Blasien, S. 61 ff., auf Pergament aus dem 14. Jahrhundert zugrunde, das sich damals im Stiftsarchiv St. Paul befand. Damit verglichen wurde die Abschrift des 16. Jahrhunderts im Kopialbuch 1772 (St. Blasien) im GLA Karlsruhe, Bl. 10.

 Der Text ist im ersten Teil eine Wiederholung der Stiftungsurkunde Nr. 256 (WUB, Bd. I, S. 321 f.), jedoch mit einigen Auslassungen, die sich teilweise auch bei der gefälschten Urkunde Nr. 288 (WUB, Bd. I, S. 369–371) von König Lothar finden. Hirsch schließt daraus, dass die vorliegende Urkunde entweder allein, oder mit der Stiftungsurkunde zusammen als Vorlage für jene Fälschung gedient hat. Die Echtheit der Stiftungsurkunde selbst bestreitet er nicht; er stützt sie vielmehr durch den Hinweis auf die Nachricht im Chronicon des im Jahre 1100 gestorbenen Bernold von St. Blasien (MG SS 5, 456), wonach Ochsenhausen schon 1093 geweiht ist, sodass die Urkunde von 1099, die von der Klosterverfassung berichtet, recht wohl post aliquos annos ausgestellt sein kann. Dagegen will er unentschieden lassen, ob die vorliegende Urkunde der Bestätigung durch Kardinal Thietwin oder die im folgenden abgedruckte Traditionsnotiz unecht ist, da beide nicht nebeneinander bestehen können: Nach der einen erfolgt die Bestätigung auf Bitten Abt Berchtolds, nach der anderen auf Bitten Hattos von Wolpertschwende. Der Zeitansatz für beide Stücke ist nach dem Todesjahr des Abts Berthold von St. Blasien (gest. 1141) und dem Jahr 1135, in dem Thietwin zuerst als Kardinal nachweisbar ist, zu bestimmen.

^rKarlsruher Kopialbuch: *et episcopus*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv in St. Paul in Kärnten

Signatur/Titel des Originals:

Kopialbuch des Klosters St. Blasien, S. 61 ff.

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift des 16. Jh.: GLA Karlsruhe, Kopialbuch Nr. 1772, Bl. 10.

Editionen:

Hirsch: Süddeutsche Klöster, S. 610 (nach Kopialbuch in St. Paul).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Altshausen Wohnplatz (18642)
 Altshausen, RV
 Bühlenhausen Wohnplatz (16711)
 Bühlenhausen, Berghülen, UL
 Gerhausen Wohnplatz (16724)
 Gerhausen, Blaubeuren, UL
 Hagenbuch Wohnplatz (17120)
 Hagenbuch, Biberach an der Riß, BC
 Haigerloch Wohnplatz (16384)
 Haigerloch, BL
 Irsee, OAL
 Isny im Allgäu Wohnplatz (19528)
 Isny im Allgäu, RV
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Lauben Wohnplatz (19884)
 Lauben, Leutkirch im Allgäu, RV
 Luzelunburg
 Oberbalzheim Wohnplatz (17010)
 Oberbalzheim, Balzheim, UL
 Oberkirchberg Wohnplatz (16990)
 Oberkirchberg, Illerkirchberg, UL
 Ochsenhausen Wohnplatz (17448)
 Ochsenhausen, BC
 Rammagau
 Salzburg, Österreich
 St. Blasien Wohnplatz (15605)
 St. Blasien, WT
 Stephansried, Ottobeuren, MN
 Unterbalzheim Wohnplatz (17011)
 Unterbalzheim, Balzheim, UL